

**A** quidem tabulas post mortem eius senatus & deponi iussit & exuri. Fuerunt & alia sub eo bella plurima, ex quibus semper primus victor reuertit, & cum ingentibus spoliis, atque captiuis. Exstat oratio eiusdem missa ad Senatum, cuius hoc exemplum est: Breui tempore, P.C. tot bella gessi, quot nemo veterum. Tantum præde in Romanum solum attuli, quantum sperari non potuit. Tantum captiuorum adduxi, vt vix sola Romana sufficiant. *Capitolinus.*

**GALFACIVS MARIASFORCIA** constupratis nobilissimis matronis, pari impudentia facinus palam iactare confueuerat. *Brutus lib. 6. hist. Florentina.*

**SIMONIDES** cantilenarum conditor, cum Lacedæmoniorum rex Paulanias, qui perpetuo res suas gestas iactabat, iuberet ioculariter, vt sibi præceptum aliquod sapiens daret, postquam hominis insolentiam aduertit: Vt meminisset consulebat, hominem esse esse. *Plut. in oratione consol. ad Apollonium.*

**SOCRATES** Alcibiadem intuitus, & ob diuitias inflatum, & superbientem opibus prædixit, in quendam locum duxit, in quo suspensa erat cosmographica tabula, terræ circuitum complexa: iussitque Alcibiadem, Atticam in ea inquirere: quam, vt inuenit: sua etiam prædia inspicere præcepit. Quæ cum Alcibiades nusquam esse præter diceret, cur igitur, Socrates inquit, ob illa superbis, quia circa nullam terræ partem existunt. *Erasmi in apoph. ex Alia. lib. 3.*

\* Et quamvis Iactantia vitium plerisque magnis ingeniis fit comes, adeoque in illis veritate mitatur, quam de se præter modestiam essent prædicatio, nullis tamen magis proprium de apparente sua sapientia & virtute qua carent, gloriari, & velut insanire apud omnes, quam hæreticis, vt qui matrem habent superbiam, prout supra in loco de Hæreticis luculenter asseruit. Exempla obuia ibidem adducuntur, quibus addimus ex Bolsecio, indomitum Caluini de seipso iactantiam. Vt qui non solum omnes Patres incitit arguit, & Doctores Scholasticos Sophistas indigitat. *lib. 2. Infit. c. 14. §. 3. lib. 3. c. 4. §. 38. & c. 5. §. 10. & alibi,* sed & pro cõdione sæpius usurpat. Ego Propheta sum. Ego Dei spiritum habeo. Ego si error, tu Deus es qui me in errorem mitis & decipis propter peccata populi. Quod certo quodam sensu, quamuis eum non intenderit iste, verum esse poterit. Deus enim ob scelera populi nonnunquam permittit magistros mendaces, qui spiritu erroris excæcent corda sceleratorum, panemque verbi sui illis subtrahit in pœnam flagitiorum. Quo etiam sensu Attila se Dei flagellum nominabat. Legat de hac Caluini & sequacium immodestia qui volet, vitam Bezæ per Bolsecum, & Iulij Brigeri Flores, *Suri Commentarios, &c.*

**MLVTHERI** errores exordium sumpisse, quod Indulgentiæ quædam per Germaniam promulgandæ, cõmissæ fuissent Dominicanis, & non Augustinianis, quorum è grege ipse erat, notum est ex Coeleo in *Actis Lutheri an. 1517.* Eius autem quis empyricus, peritiam summam & præsentem podagræ iactantia, & maledictiã tanta erat, vt in *lib. contra Regem Angliæ* scribat, Reges, Principes, Pontifices non esse dignos, qui soluant ipsius corrigiã calcamentis: se pro sancto haberi velle velint, nolint homines. Item, se non magni facere mille Cyprianos, Augustinos. Et *lib. cont. Emserum.* doctrinam suam infallibilem asserit, addens hæc verba: si semel deprehenderet ita mentitus, falsus & cassè stolidus, iam tota mea doctrina, & honor & fidelitas finem penitus haberet, vnusquisque me pro nequam, & nebulone infami (vt æquum est) sed & meritò talis haberetur ab initio, & haberi debebat, habiturus esset.

**D** ita mentitus, falsus & cassè stolidus, iam tota mea doctrina, & honor & fidelitas finem penitus haberet, vnusquisque me pro nequam, & nebulone infami (vt æquum est) sed & meritò talis haberetur ab initio, & haberi debebat, habiturus esset.

Exempla Iactantia aliorum, petantur ex *Loco de Hæreticis. Tit Hæresum origo, & ex Hæresarchis omnium temporum, quos ibidem per compendium in medium produximus.*

\* IACTANTIA EXOSA, ET PVNITA.

Narrat *Iosephus lib. 19. cap. 7. de bello Iud.* Silam magistrum militiæ Regis Agrippæ, cum propter officia plurima fideliter præstita, cum Rege licentius ageret, & iidem labores pro eo exhaustos referret, & velut exprobarer, in tantum Regis animum exasperasse, vt illi ademerit præfecturam, vinculumque in patriam suam, velut in perpetuum carcerem miserit. De Mario narratur apud *Hannibalem Scorum lib. 5. comm. in Tacitum,* quod vna sui iactatione plus gloriæ famæque perdidit, quam reliquis operibus fortiter gestis acquisiuisset: publicæque commendationis vota demeruerit. *Martialis* egrægius est Epigramma.

Qua mihi præfiteris memini, semperque tenebo,  
Cur igitur ræco Posthume! tu loqueris?  
Incipio quoties alicui tua dona referre,  
L.B. Theat. vitæ Human. Tom. IV.

*Procinus exclamat, dixerat ille mihi,  
Non belle quadam faciunt duo sufficit vnus  
Hinc operi: si vis ut loquar, ipse ræce.  
Credere mihi: quamvis ingenia Posthume, dones,  
Auctoris pereunt garrulitate sui.*

\* APOTHEGATA.

**DIOGENES** puero cuidam, qui vellet se recipi in numerum discipulorum Diogenis, ac diceret se excellere ingenio, respondit: Sic adeo excellis ingenio, optimisque moribus præditus iã es, non est quod me præceptore ad vitam necessaria discas. Notauit autem inanem adolescentis iactantia, & indignū putauit, vt in philosophiæ studio educeretur. *Brus. lib. 3. ex Laert.*

**ARISTOTLES** admonebat suos, ne nimium se laudarent ipsos, nec vituperarent etiam. Laudare enim seipsum, vani: vituperare, stulti est. *Brus. lib. 3. ex Stob.*

**LAOSTHÈNES** quum Athenienses ad inferendum reliquæ Græciæ bellum assiduis stimulis concitaret, ac de se multa variaque iactaret, Phocion ait: Cupressis sunt planè similes fermones tui, illi enim magni sunt, nec tamen vllos ferunt fructus. *Plut. in Pho.*

**Peregrinus** Quidam Spartæ crepidatus; altero pede stans rectus, ad Laconem dixit: Nequaquam puto te, ô Lacon, tantum temporis, quantum ego, inde præstare posse: Urbane excipiens Lacon: minime (inquit) sed ex asneribus nullus est, qui hoc non possit. *Plut. in Lac.*

**PHILIPPVS** eum minaretur Lacedæmonis per literas, diceretque se omnia quæ conarentur prohibitorum: Lacedæmonij iactantiam eius irridentes, interrogarunt Philippum, num mori etiam eos esset prohibitorum? *Plut.*

Quum **M. Liuius** sibi postularer acceptum ferri quod Fabius cepisset Tarentum, videlicet quod in arce præsidium habuisset: cæteris iactantiam hominis deridentibus. Vera (inquit Fabius) narras: nam nisi tu ciuitatem amisisses, nequaquam ego recepissem. *Plut. in apoph.*

**CICERONI** iactanti apud Vatinius, quod humeris Reipub. de exilio aduectus sit, urbane inquit: Vnde tibi varices? *Brus. lib. 3.*

**SYLLA** factus prætor, quum indignabundus. I. Cæsari sua in se illum potestate vlturum esse dicitaret, ridens Cæsar, Recte, inquit, tuum putas esse magistratum, quem tuis habes pecuniis comparatum. *Plut.*

**AVGVSTVS CÆSAR**, Quempiam saxo in expeditione percussum, ac notabili cicatrice in fronte deformem, nimium tamen sua opera iactantem, sic leuiter urbaneque castigauit: At quum fugeres, inquit, nunquam reperiisti? *Brus. lib. 3.*

\* RÈPRESSA.

Iactantiam arrogantiamque reprimere non parua laus: eoque claruisse Leonem X. accepimus. Venerat ad eum nescio quis empyricus, peritiam summam & præsentem podagræ curandæ medicinam penes se esse iactans. At ille homini illudere etiam volens, rogat num habeat aliquot ducentorum millia, quæ ad menses paucos mutuo sibi det; eoque negante, Næ tu, ait, homo, vafer & subdolos. Si enim cam quæ prædicas experientiam haberes, crede, me longe diuitius præcelleres. Equis enim in orbe Princeps hoc malo liberari nolleret? & ita plane confusum & conuictum dimisit. *Ex Auct. Serm. memor. L. Beyerlinck in apoph. Christian.*

**LVDOVICVS XII.** Gall. Rex. Audiebat Bearnenses & Pictones, homines ignobiles & ignauos, cum veris nobilibus de generis splendore gloriari: At qui aiebat, decem istiusmodi nobilibus, vnicus enis satis superque fuerit. *Ex Annal. Francia Idem.*

Require Castigatio, Superbia, &c.

Iacula. Iaculatores.

Iaculatores Boni. *Quare Locum de Agiliuare, & Arcu. Iaculorum Certamina. Pete ex Loco Certaminum.*

Iamborum.

Scriptores. *Vide locum de Poëtis. Tit. Poëtarum differentia.*

\* Ianua.

Ianua est ingressus primus ad interiora domus. Dicta à **Iano**, cui veteres omnem introitum & exitum consecrabant, B b 2 teste